Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Conversa quae gentilitas, pro eo non solum verum
fletum: sed et sanguinem fudit. Unde pharisaeo
dicitur. Aquam pedibus meis non dedisti. Haec autem
lacrimis rigavit pedes meos. Aqua quippe extra
nos est, lacrimarum humor intra nos. Infide
lis et ille populus deo osculum non dedit: quia ex
caritate eum amare noluit, cui ex timo
re servivit. Osculum quippe dilectionis est signum.
Vocata autem gentilitas redemptoris sui ves
tigia osculari non cessat: quia in eius continuo
amore suspirat. Ambr. Non mediocris
autem hic virtus est, de qua dicitur. Non cessavit oscula
ri pedes meos. ut aliud nisi sapientiam loqui
nesciat. nisi iustitiam diligere. nisi castitatem
libare. nisi pudicitiam osculari. Greg.
pharisaeo autem dicitur. Oleo caput meum non unxisti.
quia ipsam quoque divinitatis potentiam in qua se iu
daicus populus credere spopondit: digna lau
de praedicare neglexit. Haec autem unguento
unxit pedes meos. quia dominicae incarnationis eius
mysterium gentilitas credidit: summa lau
de eius et ima praedicavit. Ambr. Beatus qui
potest et oleo ungere caput christi: sed beatior quae
ungit unguento. Multorum enim florum in
unum collecta spirit. Et fortasse istud un
guentum non possit alius nisi ecclesia sola deferre.
quae diversi spirantis innumerabiles habet flores.
Et ideo nemo potest tantum diligere quantum
illa quae in pluribus diligit. In domo autem pharisaei
id est in domo legis et prophetiae. non pharisaeus sed ecclesia
iustificatur. Pharisaeus enim non credidit: illa
credebat. Lex mysterium non habet quo occulta
mundantur. Et ideo quod in lege minus est: consum
matur in evangelio. Duo autem debitores duo
populi sunt. feneratori illi thesauri cae
lestis obnoxii. Non materialem autem feneratori
debemus pecuniam: sed meritorum examina.
aera virtutum quarum vita gravitatis pondere ius
titiae specie sono confessionis expenditur. Non me
diocris autem est iste denarius. in quo regis im
imago formatur. Vae mihi si non habendo quod
accepi. aut quia difficile cuiusquam est qui fene
ratoris huius integrum debitum possit exsol
vere. Vae mihi si non petiero concedi mihi debitum.
Sed quis est populus iste qui amplius debet: nisi nobis cui
amplius creditum est. Illis credita sunt eloquia
dei: nobis creditus virginis partus. Emmanuel id est nobis
cum deus. dominicam crucem. mortem. resurrectionem. Itaque non
est dubium quod plus debet qui plus accepit. Sed homines
plus fortasse offendit qui plus debuit. Sed
per misericordiam domini causa mutatur. ut amplius diligat
qui amplius debuit. si tamen gratiam consequatur.
Et ideo quia melius est quod digne deo referre possi
mus: vae mihi et si non dilexero. Reddamus ergo am
amorem pro debito. Amplius enim diligit
cui donatum est amplius. Theophilus.

Et factum
est de
inceps. et ipse i
ter faciebat
per civitates et
castella prae
dicans et evan
gelizans reg
num dei. Et XII
cum illo et mulieres
aliquae quae erant
curatae a spiritibus
malignis et in
firmitatibus
Maria quae vo
catur Mag

Quia caelitus descen
dit ut exemplum
fieret nobis et formam i
struit nos non impi
grari in docendo.
Unde sequitur. Et factum
est deinceps et ipse iter
faciebat per civitates
et castella praedicans
et evangelizans regnum dei. Greg. nazareni.
Vadit quippe de lo
co in locum non solum
ut plures lucretur:
sed et ut infecta dedicet
loca. Dormit. labo
rat: ut somnum
et laborem sanctificet.
Plorat ut dicat beatum
lacrimas. praedicat caeles
tia: ut audientes
exaltet. Theophilus. Cum
enim de caelo ad terram
descendit: annuntiat
habitantibus terram
regnum caeleste. ut
terram in caelum conver
tat. Quia ipse praedicare
debebat regnum dei
id est filius dei cuius est reg
num: Venerunt prophetae
prophetae: non tamen praedica
verunt regnum caelorum.